REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 139r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aut libra auri. cetera aut sunt partes libre.
ut statera. que ÷ illa pars que per obliquum
sustinet trutinam. Trutina autem est illa pars
que ex filis aut catenis conficitur. in quibus lan
ces pendent. Lances uero sunt illa uasa penden
tia. in quibus quod pensatur reponitur. Examen
uero quod per medium lances exequatur. Hoc distat
inter bonus et pius. quod bonus dicitur qui erga omnes ho
mines mitis. et largus ÷. pius autem qui tantum
erga parentes. aut propinquos. aut erga
illos qui sibi bona faciunt. largus ÷. Hoc
autem inter ÷ inter malum et impium. et nequam. quod
malus ÷ qui inuidet alius. et dictum ÷ a greco
malan. quod dicitur latine niger. et ille dicitur malus.
qui multum habet nigrum fellis. unde procedit
inuidia. et malus potest contrarius esse bono. ut
ille malus dicatur qui erga omnes. Inpius
autem qui erga proximos nocens ÷ Nequam ÷
inutilis. qui non adeo mala perpetrat. sed
bona uitat. ut si aliquis sit. qui adulteria.
detractiones. homicidia. aut alia uitet
uicia. & econtra uirtutes. i. elemosinam.
uigilias. orationes. et alia nequaquam fa
ciat. et dicitur nequam. quasi nequaquam utilia
faciat. Hoc distat. uel refert inter solum
et unum. quod unus dicitur homo. unusquisque singula